


Colligitur ex eadem secundo. Rationes a nobis exhibitas , ad eo compendiofas esse, ut earum nonnullæ , duplo pluribus notis Archimedis æquivaleant ; quanquam ipsa Cc duplum earum excedat, quæ proinde brevitate , nec non exactitudine sua , in Praxi cæteris præferenda videatur , cui , dum quid accuratius quæritur , ipsa d succedat. Præter has quidem mihi suppetunt adhuc plures , consimili dote præditæ , sed eas, ne nimius videar , alteri occasionei servandas existimo. Concludam interim singulari quadam , & ut ita dicam, curiosa Ratione , quæ est $991 \frac{991}{3113}$ ad $3113 \frac{991}{3113}$, quæ cum Archimedea contentit in octonis notis prioribus , ac tum primum illam incipit excedere , minus quam 23 centesimis.

*GRAMMICÆ RATIONES CYCLOMETRICÆ,
Ad Usus Mechanicos.*

HArum quidem complures olim a me repertæ; hoc tamen loco visum mihi est eam tantum proponere , quæ huic Anno præfenti, quo ista scribimus, affinitate quadam conjuncta est.

Oporteat igitur Semiperipheriæ BCD Rectam proxime æqualem reperire. Ducantur Tangentes BG,DH, quarum prior Radio AC æqualis, & jungantur GCH. Tum Radio CA fecentur ex C arcus utrinque æquales CE & EF: quorum quivis complectetur Gradus 60, reliqui autem BE, DF singuli gr. 30. Agatur per E Secans AI, determinans Tangentem BI. Capiatur tandem HL, æqualis Diametro BD; ac tum ducatur IL.



Dico Inprimis IL æqualem esse Semiperipheriæ BCD proxime.

Demonstratur calculo Trigonometrico. Intelligatur autem ducta esse IK, quæ Tangentes BI, DK conjugat.

Quo-

Colligitur ex eadem secundo. Rationes a nobis exhibitas, adeo compendiosas esse, ut earum nonnullæ, duplo pluribus notis Archimedis æquivalent; quanquam ipsa Cc duplum earum excedat, quæ proinde brevitatem, nec non exactitudine sua, in Praxi cæteris præferenda videatur, cui, dum quid accuratius queritur, ipsa d succedat. Præter has quidem mihi suppetunt adhuc plures, consimili dote præditæ, sed eas, ne nimius videar, alteri occasione servandas existimo. Concludam interim singulari quadam, & ut ita dicam, curiosa Ratione, quæ est 991 ad 3113⁹⁹¹, quæ cum Archimedea consentit in octonis notis prioribus, ac tum primum illam incipit excedere, minus quam 23 centesimalis.




[https://
danieldelimata.
github.io/
kochanski/](https://danieldelimata.github.io/kochanski/)

GRAMMICÆ RATIONES CYCLOMETRICÆ.

Ad Usus Mechanicos.

HArum quidem complures olim a me repertæ; hoc tamen loco visum mihi est eam tantum proponere, quæ huic Anno præsenti, quo ista scribimus, affinitate quadam conjuncta est.

Oporteat igitur Semiperipheriaæ BCD Rectam proxime æqualem reperire. Ducantur Tangentes BG, DH, quarum prior Radio AC æqualis, & jungantur GCH. Tum Radio CA secantur ex C arcus utrinque æquales CE & EF: quorum quivis complectetur Gradus 60, reliqui autem BE, DF singuli gr. 30. Agatur per E Secans AI, determinans Tangentem BI. Capiatur tandem HL, æqualis Diametro BD; ac tum ducatur IL.



Dico Inprimis IL æqualem esse Semiperipheriaæ BCD proxime.

Demonstratur calculo Trigonometrico. Intelligatur autem ducta esse IK, quæ Tangentes BI, DK conjungat.

Quo-